

nis præcipuè ad vasa. Quorum cum non minor sit complicatio, quam in hepate; fiat autem ibi coctio: quæ ratio reddi potest, Cur heic non fiat? Nimirum, regula est 4. us. part. 13. & alibi, Ubiubi sunt complicaciones, ibi nova aliqua fit elaboratio. Et heic cùm sint, non fiat?

Hoc planius fit ex antithesi, de qua supra. Si enim propter excrementum ita factus est, quid opus erat tantâ curâ, cùm sufficeret sola cavitas?

IV. Lusus Naturæ, quos tégatæ vocat Aristoteles. 1. Hist. 17. 2. Hist. 17. 6. Hist. 21. aut σπουδæ. 3 Hist. 20. Scribit enim is 1 Hist. ἡδη ὥπλα μετηλαχότæ τιὶς ζεῦν τιστῶν τε-  
τραπόδων, Intellige, in dextris fuisse lienem,  
in sinistris hepar. Et 4. Gen. 4. ἡδη δὲ ἐγένετο  
μεθεγκοτæ κτ̄ τόπον, τὸ μὲν ἥπας εἰ τοῖς αρι-  
στοῖς ὅδε αὐλιὶ εἰ τοῖς δεξιοῖς. Et Plin. l. II.  
c. 37. Cum hepate aliquando locum permu-  
tat, Lien, putâ. Et ne tergiverseris, Dici hæc  
de quadrupedibus tantum, audi Herophilum,  
l. 2. Anat suæ, ut quidem Gal. citat. 6. Ex  
Anat 8. scribentem, In paucis quibusdam ho-  
minibus hepar esse in sinistris. Et ne desint  
testimonia nostrorum hominum, adde Corn.  
Gemmam in Cosmocr. & Cyclogn.